



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

3. Postulatur Abbas Corbeiensis. Confirmatur à Pontifice. Corbeiensem  
exemptionem vindicat.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

posset, iudicem aut nostri, vel eorundem Hæredes ulterius  
quam ex dictis redditibus accisa Molendinaria, aut pensioni-  
bus perceptum sit, nullatenus erunt obligati; & ex aliis  
mediis seu bonis suis dictas presentias solvere, adeoq; de ali-  
quâ evictione non tenebuntur. Et quia vel hinc intentio-  
nem nostram satis patere existimamus, reliquum est, ut  
fructum, quem speramus & optamus, communis omnium  
oratio apud Misericordem DEUM satagit impetrare: Ut  
tum in diebus nostris, tum Successorum Nostrorum ille  
DEUS expugnet impugnantes Nos, munit fidem, evertat  
subdola insidiantium consilia, multiplicet veram devotio-  
nem, augeat pacem, cuius honoris votivum & festivum gra-  
tiis agendis diem toto cordis affectu duximus adscriben-  
dum. In cuius rei fidem basce sigillo Nostro cum manus  
Nostræ subscriptione munitas dedimus. Quemadmodum  
& Venerabile Capitulum Nostrum supra insertum tenorem  
non solum laudavit & approbavit, sed etiam sigillo suo ro-  
borari fecit.

Hæc dum Monasterij agebantur, moritur 1662.  
ad Visurgim Arnoldus, è nobili V Valdoisiorum 3.  
gente, Abbas & Princeps Corbejensis. Reli- Postula-  
giosi suo jam viduati capite, de novo Præsule cur Ab-  
solliciti erant. Et quanquam non defuere, bas Cor-  
qui honorificentius fore censem, si quem è beiensis.  
gremio Fratrum ipsi eligerent Abbatem;  
præpotuit tamen eorum sententia, qui pro-  
priæ conscientiæ tenuitatis, nec potentia incallidi  
vicinorum, utilitatem, securitatēmque Asce-  
terij præhabebant, suadebantque non ueni-  
nem ex potentioribus orthodoxis Germanicis  
Principibus posulandum. Conversi igitur  
pru-

1662. prudentiorum oculi in *Christophorum Bernardum*, cæteros facile omnes in partes suas at traxere. Afflictis ille rebus *Arnoldi*, non semel præstò fuerat, & subacto nuper tantis viribus *Monasterio*, uti potentior, formidabiliorque, ita certantibus plurimorum animis ambiebatur. Hunc igitur unanimi omnino consensu Abbatem postularunt, ut quo *Westphalia* gauderet circularis sui Tractus Director, Corbeja posthac Principem haberet

**Confir-**  
**matur à**  
**Pontifice** Protectorem. Alexander Pontifex re ad delatâ, comprobataque Postulatum, ceu petuum *Corbejensis Abbatiae Commendarium*, è repente confirmat, jubetque Joanni Guilielmo Baroni de Sintzig Præposito Paderbornensi, ipse ut à Confirmato excipiat filii dei professionem, & quâ ex Urbe mittebatur formâ, jurisjurandi. Aderat is, eo fine evocatus, ante diem decimum tertium Kalendas Maij in arce *Sassenbergâ*. Jamquo dicturus sacramentum *Christophorus Bernardus*, quod in ejus tenore *Corbejensis Abbatia* ascriberetur. Dicecesis esse *Paderbornensis*, presentem Apostolicum Tabellionem, tesiisque interpellat, errore scribentium irrepississe; id credere se ait, ac nolle protestatur fraudi esse liberæ istius Abbatiae exemptioni, quæ post Pontificem & Cæsarem, neminem in Orbe agnoscat Superiorem; id tabulis inseri velle præfatus, juxta submissum exemplar proclamatur ritu consueto juramentum. Inde \$

**C heia**  
prio-  
nem vin-  
dicit.